



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

10. Vtrum teneantur omnibus peste infectis hoc sacramentum ministrare?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

R. Innocentium Pontificem loquide
vsi passiuo huius sacramenti, scilicet, licere
omnibus fidelibus vti hoc oleo, vocando
Presbyteros, qui se vel suos in necessitate
vngant: Ita exposuit illum (a) Ruardus, &
b In 6. cap.
Marci. postillum (b) Iansenius. Ad exempla SS.
dico primò: non esse certum, illos fuisse v-
sos oleo ab Episcopo consecrato. Secundò
si vni fuerunt, credendum est diuina inspi-
ratione motos, assumpsisse materiam huius
sacramenti, non ad conficiendum sacra-
mentum, sed ad obtainendam curationem
per preces & orationes, maxime cum id nō
sit intrinsece malum, nec constet esse pro-
hibitum.

Q V Æ S T I O X.

*Vtrum Pastores teneantur omnibus peste
infectis hoc sacramentum
ministrare?*

Quæstionis explicatio.

Hactenus diximus, qui tenentur hoc
sacramentum ministrare: nunc ordo
nobis propositus postulat, vt sicut in aliis
sacramentis secundo loco quæsuumus, an
omnibus ministranda venirent, & postea
in particulari de quibus alicui videri pote-
rat non

rat non esse ministranda: Ita & hic quæramus primo generatim an hoc sacraméntum omnibus sit ministrandum: Deinde speciatim, an iis, de quibus videri posset, non posse nec debere ministrari?

Responsio.

TEnentur regulariter omnibus ad illud recipiendum dispositis: quia pro(a)om-
nibus infirmis sine vlla acceptance personarum institutum est: Deinde omnes fideles ius habent ad sacramenta, quia ut ante diximus, *in Christo Iesu non est masculus neque fæmina, neque Iudeus, neque Græcus.*

Dices: Receptis legitimè sacramentis Pœnitentiæ & Eucharistiæ peste infecti sunt in gratia: ergo saltem illis, qui hæc sacramenta ante receperunt, non est necessarium ministrare hoc sacramentum.

R. Sicut alibi diximus, si articulus mortis superueniens excludat receptionem huius sacramenti, ita præsumi posse, sed si, ut communiter fieri solet, aliquod tempus interiaceat inter receptionem aliorum sacramentorum, secus longe esse: Quare & illis ministrari debet hoc sacramentum, cum ea moderatio ne, quam ante præscripsimus.

D d

Q V A E